UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An dolor procedere debeat ex intentione Confessionis, paragr. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

lere quod non doleant, ſatis eſſe, *c* quia ejuſmodi affectus eſt ſignum veri doloris.

c Idem Laym ib.

§. 2.

De intenſione, & qualitate doloris.

2 IN quolibet gradu, etiam remiſiſsimo, ſatis eſt dolor: *a* nec requiritur quædã teneritudo cordis, vel lacrymæ: ſufficit enim ſolus appretiatius; *b* hoc eſt ut ita ſit homo affectus; ut ſecundum rectam rationem ipſe deteſtatur, ſeu recedat à peccato modo ſupradicto.

a Laym l. 5. tr. 6. c 4 n. 1. Suar. de pœnit. diſp 4. ſect. 4 n. 9.
b Idem, & Coninc. de pœnit. d. 2. dub. 7 conc. 2.

§. 3.

An dolor procedere debeat ex intentione Confeſsionis.

3 QUamvis bene eliciatur dolor ex intentione ad Confeſ-

Confeſsionem; Id tamen neceſſarium nequaquam erit. v. grat. ſic. Quia volo confiteri, doleo; ſeu, quod idem eſt; Quandoquidem ad Confeſsionis Sacramentum accedo, actum doloris elicere volo, & de facto elicio: id, inquam, neceſſarium non eſt; cum ſatis abundè ſit, ſi quis dolet, & etiam ſine memoria Confeſsionis: nam poſtea poterit rite illo uti dolore ad pœnitentiæ Sacramentum ſuſcipiendum, v. gr. ſic; quandoquidem doleo, & me peccatorum pœnitet; volo confiteri: ſeu quia hodie mane v. gr. dolui de peccatis, neque hunc dolorem retractavi, nunc volo confiteri, & ſanè tunc de facto confiteri poſſum ſine neceſsitate dolorem renovandi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN